



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

135. An Canonicus qui abest à Choro sine causa, animo amittendi distributiones, tempore absentiae correspondentes, peccet mortaliter? Et an Canonicus, qui ad Chorum non accedit, sed privatim Divinum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

RESOL. CXXXV.

An Canonicus, qui abest à Choro sine causa animò amittendi distributiones, tempore absentia correspondet, peccet mortaliter? Et an Canonicus qui ad Chorum non accedit, sed privatim Divinum Officium recitat, peccet tantum venialiter, etiamsi in Choro quatuor tantum assistant? Ex p. 2. tr. 12. Ref. 31.

Affirmatiùe respondent Suárez de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 10. n. 17. & c. 13. num. 5. Garcias de benef. tom. 1. part. 3. cap. 2. n. 19. & seg. Filluc. tom. 2. tract. 3. c. 7. num. 207. Squillante de oblig. Cler. part. 1. ad. 1. n. 57. & alij, afferentes Canonicos, & obtinentes dignitates, seu portiones, non posse tuta conscientia, nisi per tres, vel quatuor dies, abesse à Choro, vel ita tempus à Concilio Tridentino permissum; & Garcias, pro hac sententia, adducit tres Cardinalium declarationes.

1. Hæc opinio videtur mihi probabilior. Sed quia multi de hoc nullum sibi conscientia scrupulum faciunt, ut à peccato illos immunes faciamus, dicendum est, contrariam sententiam esse probabilem, & ita illam vocat, licet oppositam teneat, Martinus Bonacina de Horis Canon. disp. 2. q. 1. punct. 2. num. 3. post Syluestrum, Caietanum, & alios quam etiam sententiam absolutè docuit Regin. in pract. tom. 2. lib. 18. c. 13. n. 176. in fin. cum limitatione, nisi talis absentia à Choro efficiatur per contempum, aut ob eam Officium Divinum non diceretur in Ecclesia, aut saltem non diceretur eam debita solemnitate. Ex his apparet Canonicum, qui ad Chorum non accedit, sed privatim Divinum Officium recitat, peccare tantum venialiter, etiamsi in Choro tantum quatuor assistant; nam ut notat Carolus Macignus tractatu de Horis Canonicis, cap. 56. num. 24. quatuor Canonici sufficiunt ad constituendum Chorum.

RESOL. CXXXVI.

An Præbendatus peccet mortaliter, si à Choro abest, etiamsi cedat distributionibus?

Et an Præbendatus submissa voce recitans suam partem, vel non recitans, sed solum attendens ad partem, quam alius Chorus recitat, lucretur dimidiam partem distributionum?

Et an tres, vel quatuor dies in anno absentia à Choro non constituunt culpam mortalem in Præbendato, absque tribus mensibus in anno à re, et illis concessis absentia à Choro? Ex p. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 17.

Respondent affirmatiùe, etiamsi cedat distributionibus, & propter eius absentiam officium non dimittatur, nec sine decenò solemnitate celebretur. Ita Valquez opus. de benef. cap. 4. art. 2. ad. 1. n. 182. Suárez de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 10. num. 17. & c. 13. n. 1. & seg. Bonacina de Hor. Canon. disp. 2. q. 1. punct. 2. n. 1. & alij, quos citat, & sequitur Castrus Palaus tom. 2. disp. 3. punct. 2. num. 3. ex multis rationibus, quas ipse adducit.

2. Sed contrarium tenet Syluester verb. Hora questione 2. Caietanus §. 5. Angelus numero 21. Nauarrus de orat. capit. 1. numero 14. Macignus de Horis Canon. capit. 56. numero 34. Barbosa de potest. Episcop. part. 3. allegat. 53. num. 181. & Valentia tom. 3. disp. 6. quasi. 2. punct. 10. §. 6. vnde puto utram-

que sententiam probabilem esse, ut ego alibi etiam docui.

3. Nota tamen, stando etiam in sententia affirmatiua, tres, vel quatuor dies in anno absentia à Choro non constituunt culpam mortalem in præbendato, quanquam à iure conceditur absentia à Choro tribus mensibus in anno. Ita Bonacina, Suárez, Castrus Palaus &c. citatis.

4. Nota etiam, quòd Præbendatus submissa voce recitans suam partem, vel non recitans, sed solum attendens ad partem, quam alius Chorus recitat, lucretur, secundum probabilem opinionem, mediam partem distributionum. Ita Suárez de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 12. n. 18. Nauarra de rect. lib. 1. cap. 2. num. 222. Cenedus collect. 15. num. 6. ad 6. & alij, quos citat, & sequitur Bonacina disp. 1. quasi. 3. punct. 2. §. 1. n. 17. licet etiam probabiliter contrariam sententiam teneat Castrus Palaus tom. 2. disp. 3. punct. 4. n. 5. & Olinæus Bonartius de Hor. Canon. lib. 2. cap. 23. n. 9. & seg.

Alibi ibidem. Sup. hoc in Rel. præterita §. 1. & supra in Ref. §. 5. vlt.

Sup. contentore, in hoc §. supra in Ref. 130. per totam, & si placet lege alias Ref. eius annotationum.

RESOL. CXXXVII.

An si extra tempus Divinorum Officiorum possit Canonicus, seu Præbendatus expedire negotia propria Ecclesie, in cuius utilitate abest, licite accipiat distributiones?

Et an Canonicus dispensatus in ætate etiam lucretur distributiones?

Idem est, si Canonicus ordine sacro initiatus non sit, si assistat in Choro; & aliud est quoad vocem in Capitulo, qua requiritur saltem Ordinem Subdiaconatus.

Et notatur, quod distributiones percipit Canonicus assistens Choro, & divinis Officiis, licet non sedeat in proprio stallò, nec sit indutus vestibus solitis.

Item lucretur distributiones Canonicus, si desinat Horis Canonicis assistere, propter aliquam iustam causam; propter recipiendum hospitium; vel si vadat barbam & ex aliis multis causis, que in textu huius Resolutionis explanantur, quas pro casibus contingendis in promptu tenet, quia quotidiana sunt pro supradictis Præbendis circa lucrationem distributionum. Ex p. 10. tr. 16. & Misc. Refol. 54.

§. 1. Negatiua sententiam docent plures, quos citat, & sequitur Moneta de distrib. p. 2. quasi. 5. num. 43. Sed ego contraria sententia adhaereo; tum quia Beneficiarius re vera tempore Divinorum Officiorum est occupatus in euidenti utilitate Ecclesie, ac proinde ei debentur distributiones iuxta privilegium contentum in cap. Vnico: quod privilegium esset sine dubio nullum, aut minimum, si occupati in euidenti utilitate Ecclesie tenerentur præuenire, aut postponere, ut possent se servare indemnes: quin potius præ cæteris grauarentur, ut potè, qui, aliis vacanti bus, tenerentur laborare in utilitatem Ecclesie, & præterea Choro assistere, æque ac alij. Et ita docet Bonacina de Hor. Canon. disp. 2. quasi. 5. punct. 1. num. 16. cum aliis.

Sup. hoc primo in rom. 5. tr. 5. ex doct. & in Ref. 5. cur. in prope fidem, à vers. tum quia à Bonacina.

2. Notandum est hic obiter primò quod Canonicus dispensatus in ætate etiam lucretur distributiones, nam dispensatus circa principales est etiam dispensatus in accessoriis; Ita Moneta 2. de distrib. quasi. 19. n. 44. Bonacina de Horis Canon. quasi. 3. punct. 4. & 5. & nouissimè ita declaratum per Congregationem Cardinalium Interpretum Concilij Tridentini. Et idem procedit, si Canonicus ordine sacro initiatus non sit, nam quoad distributiones sufficit